


## ADATOK A XVI—XVII. SZÁZADI SZÉKELY RENDI TAGOZÓDÁS KIALAKULÁSÁHOZ

SZÉKELY ZOLTÁN

A székelység eredetének valamint rendi tagozódása kialakulásának a kérdése már sok neves történészt foglalkoztatott. Állásfoglalásuk a székelyek eredetének a kérdésében az, hogy a székelység egy korán a magyarokhoz lecsatlakozott nép, mely Erdély keleti részében letelepítve legtovább őrizte meg az ősi nemzetségi szervezetet. Nincs szándékunk a székelység eredetének a kérdésével behatóbban foglalkozni, az a tény azonban, hogy a székely társadalom felépítése tökéletesen megegyezett a kora középkori magyarság társadalmi felépítésével, arra indít bennünket, hogy a székelységet a magyarsággal azonos eredetű népnek tartsuk, s a székelység alatt egy korai magyar katonai határőri szervezetet értsünk. Ezt a megállapításunkat — nézetünk szerint — alátámasztják a zabolai és petőfalvi (Kovászna megye) kora középkori temetőikben végzett régészeti ásatások eredményei is. Más úton már előttünk ugyanerre az eredményre jutott a bihari magyarság tanulmányozása során Györffy István s újabban nyelvészeti kutatások alapján pedig Benkő Lóránd is. Ezen a nézeten van Bözödi György is, aki alapvető tanulmányaiban a székelységnek azt a korát tárgyalja, amikor Magyarországon is a rendek közötti küzdelem a legelkeseredettebb volt. Az eredet körüli viták azonban még nem jutottak nyugvó pontra s a kérdést véglegesen csak az döntheti el, ha az ethnikai hovátartozás már vitathatatlanul megoldódott.

A kezdeti egységes székely közösség, communitás, rendi tagozódása történelmi fejlődési folyamat eredménye, mely gazdasági, politikai és társadalmi okokra vezethető vissza. Kezdetben a székelyek között nem volt rendi különbség, minden székely egyformán szabad és nemes volt, ami a születéssel járt. Az okleveles adatok szerint a rendi tagozódás már a XIV. század elején megkezdődik s a XV. században már két rendről, a főemberekről, és a közemberekről van említés. Ezt a rendi különválást, mely a székelység három rendre való megoszlását eredményezte (primores, főnépek, primipili, lófők és közszékelyek, ez utóbbiak a darabantok a XVI. századtól) Connert a magyarországi banderialis rendszer hatásának tulajdonítja. Szádeczky K. Lajos és Szilágyi László a vagyoni különbségre és a katonáskodás különböző módjára vezetik vissza. Kétségtelen, hogy a



rendi tagozódás alapja a hadviselés módja volt, de nagy szerepe volt a tisztségviselésnek és a vagyoni állapotnak is. Ezt mutatja a későbbi fejlődés is, amikor kialakul a földönlakók rendje s a szabad székelyek egy része elszegényedésük miatt jobbágy sorba süllyed.

A székelység három rendjének valamelyikébe való tartozás alapja a kezdeti időben a földbirtok és a katonáskodás módja volt, ugyanis ez döntötte el az egyes családok különböző rendbe való tartozását. Az idők folyamán azonban nem a földbirtok a rendi tartozás alapja, hanem a rendi állás örökölhető lesz s így előtérbe kerül a származás. Ezzel a három rend születés útján öröklődő renddé vált. Ezt bizonyítja az a tény is, hogy a király vagy az erdélyi fejedelmek magasabb rendi állást kezdenek oklevéllel adományozni. Számos ilyen oklevél ismeretes.

Alább közöljük Bethlen Gábor erdélyi fejedelem egyik ismeretlen oklevelét, mely szerint alsócsernátoni Beke Ferencet 1648 május 17-ikén a gyalogosok, a pixidariusok rendjéből a lófők, a primipilusok rendjébe emeli<sup>14</sup>.

Nos Gabriel Bethlen Dei gratia Princeps Transylvaniae partium regni Hungariae — Dominus et Siculorum comes. Memoriae commendamus tenore praesentium significantes quibus expedit universis quod nos cum ad nonnullorum fidelium Dominorum Consiliariorum nostrorum singularem intercessionem nobis propterea factam. Tum vero attentis et consideratis fidelitate et fidelibus servitiis fidelis nostri *Agilis Francisci Beke de Also Chiernaton*, que ipse nobis et huic Regno nostro Transylvaniae ab aliquot iam annis in omnibus occasionibus bellicisque expeditionibus iuxta possibilitatis sue exigenter exhibuit et impendit ac in futurum quoque exhibiturus et impen surus est. Tandem etiam, quod certo intelligamus fratres et consanguineos dicti Francisci Beke, carnales, hactenus *in numerum Primipilorum Siculorum Sedis Kizdij* annumeratos et ascriptos fuisse. Eundem igitur Franciscum Beke, de speciali nostra gratia et potestatis nostrae plenitudine, *ex numero reliquorum peditu nostrorum pixidariorum* eximendum ac *in coetum et numerum verorum Primipilorum Siculorum* annumerandum, aggregandum, cooptandum et ascribendum duximus. Pro eo annumeramus, aggregamus cooptamus et ascribimus. Decernentes expresse ut a modo deinceps idem Franciscus Beke, ipsiusque heredes et posteritates utriusque sexus universae pro veris et indubitatis Primipilis habeantur et reputentur, omnibusque et singulis iis honoribus, gratiis privilegiis, indultis libertatibus et immunitatibus quibus ceteri veri nati et indubitati Primipili, quomodocunque de iure et consuetudine utuntur, fruuntur et gaudent, perpetuo uti, frui, et gaudere valeant atque possint. Ita tamen ut idem, Franciscus Beke, heredesque et posteritates ipsius universi, bonis equis, frameis, galeis, loriceis, hastis, clipeis et aliis instrumentis militaribus more aliorum Primipilorum bene instructi, ad mandata nostra et successorum nostrorum omnibus bellicis expeditionibus, tam generalibus quam partialibus pro necessitate Regni ratione temporum susceptis, semper interesse, fidelemque patrie operam navare debeant et sint astricti. Et nihilominus domum eiusdem in dicta Possessione Also Chier-

naton vicinitatibusque domus Nobilium Agilium Georgi et Valentini Beke ab una nec non hereditatis Nobilis Petri Cseh partibus ab alia in Sede Siculicali Kizdij existentem habitam ab omni censuum taxarium et contributionum nostrarum tam ordinariarum quam extraordinarium, subsidijque et lucri camerie nostre solutione ac servitorum quorum liber plebeorum et finitum exhibitione, Item seminaturas, allodiaturas, agriculturaliones et alias quaslibet hereditates ipsius Siculicales, quas in dicta Possessione Also Chiernaton et territoriis eius iuste et legitime possideret a Decimarum nonarum et capetiarum pensione in perpetuum eximendos et supportandos duximus prout eximimus et supportamus presentium per vigorem. Quo circa nobis universis et singulis Generosis Egregiis Nobilibus, Agilibus, Capitaneo vice Capitaneo, iudice vice Judicibusque Regijs Dicatoribus, decimatoribus et Exactoribus quarumcunque contributionum dicte Sedis Siculicalis Kizdij. Item circumspicis, Judici et iuratis civibus annotate possessionis Also Chiernaton, eorumque vices gerentes modernis sost et futuris quoque pro tempore constituendis Cunctis etiam alijs quorum interest seu intererit, praesentem notitiam habitur, harum serie committimus et mandamus firmiter, ut nos quoque a modo deinceps prenotatum Franciscum Beke, ipsiusque heredes et posteritates utriusque sexus universi pro veris et indubitatis Primipilis habere et recognoscere debeatis, neque eosdem ratione predictae domus hereditatumque suarum, ad aliquam censum taxarum et contribuonum nostrarum tam ordinariarum quam extraordinariarum Subsidijque et lucri Camere nostre solutionem, aut servitorum quorumlibet plebeorum et Civilium exhibitionem, item decimarum, nonarum et capetiarum pensionem cogere et compellere, aut propterea eosdem in personis rebusque et bonis ipsorum quibus suis, impedire, turbare, molestare seu quovis modo damnificare minime praesummatis aut sitis ausi modo aliquali. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes litteras nostras pendentis et autentici Sigilli nostri munimine roboratas memorato Francisco Beke ipsiusque heredibus et posteritatibus utriusque sexus universis gratiose dandos duximus et concedendas. Datum in civitate nostra Alba Julia die decima Septima Mensis Maij Anno domini Millesimo, Sexcentesimo, Decimo Septimo.

Gabriel Bethlen  
princeps

Simion Pechj  
Cancellarius

Gaspar Beoleoniy Secretarius

A hátán:

Anno Millesimo sexcentesimo Decimo octavo die undecimo mensis Januarij. In oppido Kézdivásárhely loco scilicet sedis iudicaris Kézdi. Coram Generoso Domino Georgio Mikó supremo iudice Regio Trium Sedium Siculicalium Sepsi, Kézdi et Orbay iuratisque Assessoribus sedis Kézdi, ceterisque quam pluribus praesentes litterae ac perlectae et publi-

catae proclamatae sunt pro parte patronaty Francisci Beke de Alsochernaton ac idem Franciscus Beke, receptus et Annumeratus est simul cum heredibus posterioribus suis utrisque sexus universi in coetum et numero universonum primipilorum sedis Siculicalis Kézdi et caeterorum.

Paulus Vas Juratus Notarius Sedis Kézdi.

Eredeti, pergamenen piros, kék, barna, selyem zsinóron függő viaszpeccséttel.

Azt aényt, hogy a különböző rendbe való tartozást a XVI—XVII. században a vagyoni állapoton kívül a származás meghatározta, bizonyítja ezt az oklevélnek az a kitétele, amellyel biztosítja Beke Ferencnek mindazokat a jogokat, amivel „a született és a kétségbevonhatatlan — veri nati et indubitati“ — lófők élnek.

A primori rendbe tartoztak a leggazdagabb családok, akiknek a legtöbb földbirtokuk volt, akik a tisztségeket viselték és a lófőrend vezető tagjai. Ennél a rendnél is azonban később nemcsak a földbirtok mennyisége volt a döntő, hanem előtérbe került a származás is. Mutatja ezt az a tény, hogy sokan jöllehet a királytól vagy az erdélyi fejedelemtől címeres nemesi levelet kaptak s így az erdélyi nemesek közé kerültek, a lustrákon nem szerepelnek mint „nobilis-nemes“, ami a primor megjelölése, hanem mint gyalog vagy lófő székelyek. Van viszont arra is példa, hogy a nemesítés az illető és utódai székely rendi helyzetét is megváltoztatja. Ez az eset áll fenn a rétyi Székely családnál. A család leszármazását Székely Mihálytól számította, aki az 1600-as évek körül Pákéban lakott és 1609 május 20-ikén Kolozsvárt Pávai előnévvel Báthori Gábortól címeres nemesi levelet kapott. Az oklevél szövege a következő:

Nos Gabriel Dei gratia Princeps Transilvaniae partium regni Hungariae Dominus ac Siculorum Comes. Memoriae commendamus tenore praesentium significantes. Quod nos cum ad nonnullorum fidelium dominorum Consiliariorum nostrorum Singularem intercessionem nobis propterea factam, tum vero attentis et consideratis fidelitate et fidelibus servitiis fidelis nostri *Nobilis Michaelis Zekely de Pava*, qua ipse nobis et huic Regno nostro Transilvaniae pro locorum et temporum varietate iuxta possibilitatis suae exigenter fideliter exhibuit et impendit ac in futurum quoque exhibiturus et impensurus est. Eundem igitur Michaelem Zekely antea quoque nobilem ac per eum Martinum sicut Zekely filium ipsius naturalem de speciali nostra gratia et potestatis nostri plenitudine denuo ex statu et conditione illa plebea in qua nati fuerant et primum exstiterant eximendos ac in coetum et numerorum verorum Regni nostri Transilvaniae partiumque eidem annexarum Nobilium annumerandos cooptandos aggregandos et ascribendos duximus prout annumeramus, cooptamus et aggregamus ascribimus per praesentes. Decernentes expresse ut a modo deinceps Idem Michael Zekely ac per eum Martinus Zekely filius ipsius haeredesque eorum et posteritates utriusque sexus universae pro veris et indubitatis Nobilibus habeantur et reputentur. In signum autem huius

modi verae et perfectae Nobilitatis eorum haec arma seu Nobilitatis Insignia. Scutum videlicet militare caelestini et rubei colorum linea per medium ducta in duas coaequales partes divisum cuius in interiori parte tres liliorum flores albi coloris in superiori vero leo naturali suo colore depictus umbilicotenus ore hianti, lingua rubi eunda exerta cauda ad tergum deflexa, anteriori dextra pede frameam evaginatam tenere scuto autem ad rapidendum protenso exurgere conspicitur. Supra scutum galea militaris clausa est posita, quam Corona seu Diadem Regium gemmis unionibusque preciosis eleganter distinctum contegit, ex quo dua pluma strutionis candidi et cerilei colorum eminent, ex cono autem galea tenia sive lemnisci variorum colorum hinc inde defluentes utrasque oras seu margines ipsius scuti pulcherrime ambiunt et exornant, prout haec omnia in capite seu principio praesentium litterarum nostrarum docta manu et arte Pictoris clarius expressa et depicta esse cernantur. Animo deliberato et ex certa scientia ac liberalitate nostra praesenti Michaly Zekely ac per eum Martino Zekely filio ipsorumque haeredibus utriusque sexus universis clementer dedimus et contulimus. Annuentes et concedentes ut ipsi ipsorumque haeredes posteritates utriusque sexus universae praescripta Arma seu Nobilitatis Insignia modi in posterum more aliorum verorum et insignitorum Nobilium Armis extentium ubique in proeliis hastiludiis torneamentis, duellis, monomachiis ac aliis quibusvis exercitiis ac nobilitaribus et militaribus earum sigillis, vexillis, velis, annulis auleis domibus, clipeis, tentoriis sepulchris generaliter quarumlibet rerum et expeditionum generibus sub merae et syncerae Nobilitatis titula, quo eos ab universis et singulis cuiuscunque status conditionem dignitatis et praenimentiae homines existant, dici, nominari, teneri et reputari volumus, ferre et gestare, ac omnibus et singulis iis honoribus, gratiis privilegiis indultis libertatibus praerogativis et immunitatibus, quibus caeteri veri et nati Regni nostri Transsylvaniae partiumque eidem annexarum nobiles quomodolibet de iure et consuetudine antiqua utuntur, fruuntur et gaudent perpetuo uti, frui et gaudere possint atque valeant. Et nihilominus praerogativis et immunitatibus pro ampliori benignitatis nostrae erga eos declaratione Domum eorum in possessione Pake vicinitatibusque domorum Nobilis Agilis Georgii Gall ab una ac providi Joannis Bernald Jobbagionis Generi Gabriel Mikes partibus ab altera in sede Siculicali Orbay existentes habitam ab omni censuum taxarum et contributionum nostrarum tam ordinariarum quam extraordinariarum, subsidiis et lucri camerae nostrae solutione hospitum condescensione vineas item et agricolationes — ipsorum in territorio et inter veras metas dictae possessionis Pake in eadem sede siculicali existentes habitas a decimarum nonnarum et capetiarum pensione nobis et successoribus nostris quotannis provenire debent servitorum quorumlibet plebeorum et civilium exhibitione in perpetuum eximendam, supportandammet nobilitandum duximus prout eximimus. Supportamus et nobilitamus per praesentes proinde nobis universis et singulis spectabili ac magnifica generosis egregiis Nobilibus et Agilibus capitaneo, vicecapitano, iudici, viceiudicibus regiis, dicatoribus communeratoribus, decimatoribus et exactoribus quorumcumque contributionum

praedictae sedis siculicalis Orbai. Nec non providis et circumspectis iudicis et iuratis civibus dicta possessione Pake modernis scilicet et futuris quoque pro tempore constituendis eorumque vices gerentibus cunctis etiam allis quorum interest seu intererit praesentium notitiam habituris, harum serie committimus et mandamus firmiter ut vos quoque a modo in posterum successivis semper temporibus praefatum Michael Zekely per eum Martinum Zekely filium ipsius eorumque haeredes et posteritates utriusque sexus universas ratione praescripta domus universa allodiaturas suarum praescriptarum ad nullam omnio censuum taxarum et contributionum nostrarum tam ordinarium quam extraordinarium subsidiis et lucri camerae nostrae solutione servitiorum quorumlibet plebeorum et civilium exhibitione decimarum, nonoarum et capetiarum pensionem cogere et compellere aut ibi hospiti gratia condescendere vel propterea eosdem haeredesque et posteritates ipsorum utriusque sexus universas in personis rebusque et bonis ipsorum universis impendere, turbare, molestare seu quovis modo damnificare minime praesumatis nec sitis ausi modo aliquali. Sed eandem domum modo praemisso exemptam, supportatam, libertatam et Nobilitatam in perpetuo habere modis omnibus debeatis et teneamini secus non facturi praesentibus perfectis exhibentibus restituti. In cuius rei memoriam firmitaremque perpetuam praesentes litteras nostras pendentis et authentici sigilli nostri numinine roboratas. Memorato Michaeli Zekely ac per eum Martino Zekely filio ipsius eorum haeredibus et posteritatibus utriusque sexus universis dandas duximus et concedendas. Datum in civitate Colosvar die ultima mensis Aprilis anno Domini Millesimo sexcentesimo nono.


Gabriel princeps

Stephanus Kendi  
cancellar

Eredeti, pergamenen, az aláírás és a viaszpecsét hiányzik.

Egy, a rétyi Székely családról 1804-ből származó geneológiai táblázat szerint: a „truncus Székely Mihály hadnagy lévén Pákéban lakott és armalist nyert“. Egy másik elmosódott felírás szerint „Rétyre jött lakni“.

A Basta idejében, 1602-ben felvett lustrán sem Pákéban, sem Páván Székely nevezetű egyik rendben sem szerepel. Rétyen találjuk azonban Székely Mihályt, aki mint primipilus lustrál. A Bethlen lustrán 1614-ben Pákéban szerepel a nobilesek között Zekely Márton (378 oldal). E szerint a Rétyen felvett primipilus Székely Mihály fia Márton rendi helyzete megváltozott s mint primor lustrál. Így az 1804-ből származó feljegyzés nem felel meg a valóságnak, mert Székely Mihály Rétyről ment Pákéba. Leszármazottai később visszaköltöznek Rétyre, ezt mutatja az a tény, hogy a család Mózes, András és Márton nevű tagjai 1680-ban a ~~Pákézi~~ lustrán *Arapi* mint nobilesek Rétyen szerepelnek s a család a XIX. század végéig Rétyen lakott. Az oklevélben szereplő az a kitétel, hogy „ex statu et conditione illa plebea“, tehát a köznépi sorból való kiemelése Székely Mihálynak



nem a székely rendi helyzetére vonatkozik, hanem az erdélyi nemesi oklevél elnyerése előtt a köznépbe tartozónak tekintődött.

Mint már az előbb említettük sok székely családnak a tagjai, jöllehet nemesi oklevelet nyertek, továbbra is megmaradtak a régi rendi osztályukban gyalogosnak vagy lófőnek. Egyes családoknál azonban a rendi változást nem csak a nemesítés, hanem más tényező is, valószínű a földbirtok növelése, tette lehetővé. Ez az eset állhatott fenn a rétyi Székely családnál is.

A fentebb ismertetett oklevelek is világosan bizonyítják hogy a XVI-XVII. századi székely rendi tagozódás annak a gazdasági és társadalmi átalakulásnak az eredménye, melyet a hűbéri viszonyok kialakulása a Székelyföldön is elkerülhetetlenné tett. A nemzetiségi szervezet csak a katonai szervezet külső formájában őrződött meg, lényegében kialakulnak a hűbéri társadalomra jellemző osztályok. Ezek nagyjából megegyeznek a magyarországi és az erdélyi hűbéri társadalom szerkezeti felépítésével. Egyes primori családoknak az osztrák császárok által bárói és grófi rangra való emelése még jobban elmélyíti az osztályellentéteket s ez a néhány család a betelepedett vármegyei nemességgel együtt mind nagyobb hatalomra tett szert a befolyásuk a legfontosabb tisztségek betöltésénél is érvényesült. A székely határőrség szervezése, az 1848—49-es szabadságharc következményei, valamint a székely székeket felváltó vármegyei rendszer bevezetése a székely község, communitas, még formailag megmaradt társadalmi szerkezetét is megváltoztatta és a székelység Erdély többi népeivel együtt a társadalmi fejlődés további útját követte.

#### J E G Y Z E T E K

#### BIBLIOGRAFIE SELECTIVĂ

1. SZÉKELY ZOLTÁN — *Kora középkori temetők dél-kelet Erdélyben*, Korunk Évkönyv, 1973, 211—228.
2. BENKŐ LŐRÁND — *A magyar nyelv három évezrede*. Élet és Tudomány, 18, 1977, 555.
3. Sz. Okl. I., 48, 102, 220. Jakó Zsigmond — *Evoluția societății la secui în secolele XIV—XVI*. În Răscoala secuilor din 1595—1596, București, 1978, 29—30.
4. Sz. Okl. II., 291—292, VI, 166, Jakó, i.m. 5.
5. DEMÉNY LAJOS — *Székely felkelések a XVI. század második felében*. București, 1976, 16. *Characterul răscoalelor secuiești din a doua jumătate a sec. XVI-lea*. Revista de istorie, t. 29, 1976, nr. 12, 1912.
6. BÖZÖDI GYÖRGY — *Probleme privind mișcările social-economice ale secuilor înainte de răscoala din 1566*. Studii de istorie, București, 1968, 14—15.

#### DATE PRIVITOARE LA STRATIFICAREA SOCIALĂ LA SECUI ÎN SECOLELE XVI—XVII.

##### Rezumat

Studiul se referă la problema originii secuilor și la procedeul de stratificare socială a acestora, proces, care a avut loc în decursul secolelor XVI—XVII.

Pentru că organizația gentilică a secuilor era aceeași cu cea a maghiarilor, se constată că populația secuiească este de origine maghiară și că secuii de fapt

nu formează o entitate etnică aparte de cea a maghiarilor fiind o organizație militară grănicerească.

La început populația secuiească a fost omogenă, neexistând clase antagoniste, însă mai târziu după felul serviciului militar, pedestrași sau călăreți, s-au format cele două clase: *a călăreților-primipili și a pedestrașilor-pixidarii*.

Descendenții unor familii, care au purtat funcții de conducere, mărindu-și proprietatea lor particulară s-au diferențiat de restul comunității, luând astfel ființă clasa celor înstăriți (*seniores-primores*).

Această împărțire în 3 clase, la baza căreia stătea proprietatea, a devenit mai târziu ereditară, ceea ce reiese și din faptul că regele și principii Transilvaniei încă din sec. al XIV-lea au început să emită documente prin care unii erau trecuți dintr-o clasă socială în alta.

Actul de înobilare nu în toate cazurile schimba și poziția socială a individului. În lucrare autorul publică două documente inedite în legătură cu această problemă:

1. Principele Bethlen trece pe pedestrașul Beke Francisc în clasa primipililor.
2. Principele Báthori Gavril înobilează pe Zekely Mihály din Páké, care original era primipilus.